FLORUS LUGDUNENSIS. PS. AMALARIUS METTENSIS. EXCERPTA
Zwettl, 4. Viertel 12. Jh. Seite 116r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



nagogam. & populum. & lo
cum ubi adorandum. & legen
dum conuenire consueuerant.
uno nomine uocitabant. De
populo enim dictum est. Dixit
moyses ad omnem synagogam
filiorum israhel. De loco autem
in quo adorandum & lecturi con
ueniebant. dicitur in euuange
lio. Quod cum centurio misisset
ad dominum principes iudeorum
pro uiri sui sanitate rogando.
uenerunt ad dominum idest princi
pes. & deprecati sunt eum sollici
te dicentes. Dignus est ut hoc illi
prestes. Diligit enim gentem
nostram. et synagogam ipse
nobis edificauit. Itemque in actibus
apostolorum. Et introeuntes in
synnagogam sederunt. Post
lectionem autem legis & propheta
rum. miserunt ad eos principes
dicentes. Viri fratres si quis
in uobis est sermo exhortationis.
ad plebem dicite. Clare ergo quia
sicut & alia plurima. ita & hunc
uersum a ueteribus suscepimus.
ut indifferenter uno nomine
& populus. ecclesia. & domus quo
populi conueniunt similiter nun
cupetur. Sed magna differen

tia apparet. inter ista duo no
mina synagoge scilicet & ec
clesie. Synagoga namque con
gregatio dicitur. que & lapidum
& brutorum animalium dici
potest. Ecclesia uero que conuo
catio nuncupatur. non nisi eorum
est. qui intelligentie dignitate
prepollent. ut monstretur quan
tum distat. xpiana dignitas.
a iudaica uilitate. Beatus augus
tinus dicit. Sicut ergo appella
mus ecclesiam basilicam. quo con
tinetur populus. qui uere appel
latur eccla. ut nomine ecclesie quod continet.
populus qui continetur significe
mus locum qui continet in ita
quia anime in corporibus continen
tur. intelligi corpora filiorum
israhel. per nominatas animas
possunt. Proprie autem greco uoca
bulo basylica dicitur. quod la
tine regia interpretatur. ut ha
bitaculum regis esset monstretur.
Sane illuminatis candelis.
mos est pontificem ad hostium
accedere basylice. clero. & popu
lo subsequente. & percutere
ter. super liminare cum uirga.
quam antiquitas cambutam uocat.
& cantare antiphonam. Tollite

116